

Andreas Arendt

Viro ... Domino Heinricho Jacobo Sivers, Lubecensi, Phil. Cand. Meritissimo & S. S. Theol. Cultori ... Decus Magisterii abs Ampliss. Facultate Philosophica Rostochiensi A. M. DCXXVIII. d. ex merito adipiscenti Amicum testaturus affectum, gratulatur

Rostochii: Adlerus, 1728

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn774593687>

Druck Freier  Zugang





II - 1561. 26.

V I R O
Præcellenti, Nobilissimo ac Præ-
Clarissimo Domino,
DOMINO
HEINRICO
JACOBO
SIVERS,

Lubecensi,
Phil. Cand. Meritissimo & S. S. Theol. Cultori
Strenuo & indefesso,

DECUS MAGISTERII

^{abs}
AMPLISS. FACULTATE PHI-
LOSOPHICA ROSTOCHIENSI

A. M. DCCXXVIII. d.

ex merito adipiscenti

Amicum testaturus affectum, gratulatur

ANDREAS ARENDT,

Dantiscanus.

R O S T O C H I I,
Typis JO. JAC. ADLERI, SEREN. PRINC. & ACAD. Typogr.

II. 1560²⁶

V. L. R. O.
Procellant. V. G. Billino de Prae.
Christiano Jorio.
DOMINO
HENRICO
JACOBO
SIVERS



The Grad. Medic.
Culoni
DECT. MASTRI
AMPLISS. FACULTATE PHIL.
LOSOPHICA ROSTOCKENSIS
A. M. ROXNER
et hinc ad hunc
A. M. ROXNER
ANDREAS ARNDT

ROSTOCK
V. L. R. O. DECT. MASTRI
PHYSIKALISCHES INSTITUT



Habet suas faces, habet stimulos foecundus votorum amor, & eo perurit, eo laccessit usque amici pectus, ut, si contingat amicum honoribus ornari, totum in vota, totumque in desideria exuberet. Quid itaque mirum, Amice doctissime, quod & ego hodie, cum jam Laurea coronaris, supremumque in Philosophicis gradum consequeris, in sinu quasi gaudeam, insatiabilique complear lætitia. Sane non forte aut cæco casu, verum

(2

confi-

consilio maxime prudentissimo gradus academi-
mici à Majoribus nostris introduci sunt, ut
partim præmium sint virtutis, partim calcar
ac incitamentum altioribus moliendis. Ve-
rum cum & saluberrimi instituti noxius ple-
rumque sit abusus, gradus quoque academi-
cos ab illo haud exemptos esse illico videt,
qvi rem digna metitur æstimatione. Nec
tantum circa collationem ipsarum dignita-
tum, sed etiam circa ipsos hominum mores
in signis notatur abusus. Alius vasto cerebro
nudo superbit titulo; alius quo ab omnibus
dignoscatur, omniumqve oculos in se conver-
tat lentiori incedit gressu, & ne pedum vesti-
gia extra mensuram exorbitent, peripatheti-
cum agit; alius postquam omnem eruditio-
nem solus imbibisse falso sibi persuadet, balba
de nare ampullas loquitur & sesquipedalia ver-
ba; alius novaturientium more omnia an-
tiquitus non absque fundamento dicta, in mi-
nimis ponit altoque supercilio despicit; hic
comtiori capillamento ornatus, quasi in dicen-
di regno Dictaturam solus teneret, de rebus
qvibuslibet altioris indaginis, scilicet! pruden-
ter & cum gravitate differit; ille omnia eli-
quata profert voce, insuper nimis uncis indulget
naribus; iste obscurum eligit vitæ genus, &
sem-

semper inclusus domique latitans, grandiforum aliquid atque spumofum scribit, verbo: illum ambitio, hunc prurigo vexat. Coeterum dum ita loquor, non est mihi mens nec propositum exagitandi aliquem aut verbis insectandi nequiter, absit! sed duntaxat inter optimum usum turpem abusum notare volui. Animum vero tuum, Amice suavissime, ab hisce ineptiis, & ut ita dicam, charlataneriis longe alienum esse novit, qui penitius te novit. Non enim, scio, vana arrogantia impulsus nec ostentationis ergo hodie egregium ambis Titulum, sed potius solida instructus scientia intraque laudabiles modestiae cancellos consistens, eminere etiam inter alios cupis. Unde non immerito dubitare fas est, Tene honori, an Tibi honorem gratuler? Ita namque hactenus te gessisti, ita vitam tuam instituisti, ut omnium bonorum calculo suffragationeque & applausum & natam ex eo laudem optime promerearis. Testis in hanc rem est inclutum, quod Hamburgi floret, Gymnasium, quo in manuductione Clarissimorum Virorum DN. SEB. EDZARDI, DN. D. JOH. ALB. FABRICII, DN. MICHAELIS RICHEI, ea Jecisti doctrinae fundamenta, quibus superstrui postmodum debebat solidioris scientiae

tiae tota compages. Testis item Illustris Aca-
demia KILO NIENSIS, numero excellentissi-
morum Professorum valde florens, quos in-
ter præcipue nominare licebit DN. D. HENR.
MUHLIUM, DN. FRIED. GENZKEN, DN.
PHILIPP. FRIED. HANE, viros, de singu-
lis officiorum partibus optime meritos, omni-
que laude nostra longe majores. Atque ita
& hic, quæ in Patria Urbe Lubeca, nec non
Hamburgi, ad pedes præceptorum
tuorum sedens assidue & fideliter didiceras,
penitus excoluisti, adeo quidem, ut fructum
capias inde uberrimum, quem hodierna dies
abunde in conspectum dat, & omnium ocu-
lis exponit. Non enim contentus eximium
hunc eruditionis apparatus & domi & foris
collegisse, etiam sic subsistere vanum arbitraris
quin potius nobis illud PLUS ULTRA me-
ditatus es. Cui proposito laudabiliter exse-
quendo non aliam commodiorem viam aut
opportuniorem occasionem offerri, facile erit
judicare, quam si dona divinitus Tibi larga
manu concessa, latius explicares, sicque pub-
lice testareris, Te non illotis, quod ajunt, ma-
nibus, sed instructum abunde munitumque
eximiis ingenii dotibus, novæ functionis or-
namenta excipere. Decus innuo Magisteriale,
& Apollinarem Lauream, quæ quin Te optime
deceat,

deceat, injustum erit dubitare. Et quamvis dignitas illa dudum Tibi fuerit destinata, tu tamen, quæ tua est modestia in hunc usque diem distulisti vota tua, ut inter cæteros competitors non postremus neu indignus inveni- reris. Spes quoque nullatenus te fefellit, quippe cum semper strenuus virtuti in studiorum- que fueris sectator, lætus hodie in scenam pro- dire & gradum DOCTORATUS PHILOSO- PHICI dignus suscipere vales. Apud Roma- nostemplum honoris juxta templum virtutis erat situm, nec potuit templum honoris in- trari, quin prius delubrum virtutis penetrare- tur. Tu profecto & in eo prisceum hunc vete- rum morem secutus es, quem constat non desidie indormientem sed dies noctesque li- teris deditum, reportare hodie eximium ad- hibite industriæ brabeum. Hinc in tanta spe- ctantium gratulantiumque Turba, ipe tuus Dn. Brabeuta pileum capiti tuo imponit, indicatu- rus, quod Te ex inscitie tenebris afferat protra- hatque in eruditionis lucem, atque in eum lo- cum, ubi Virtus sedem fixit, & Apollo cum novem Sororibus divertuntur. Et quemad- modum olim in ludis Olympicis victor ferto coronabatur oleagino; sic pariter Tu, post- quam vitiorum colluviam & ignorantiam pe- dibus tuis subiecisti & de utroque triumphas,

ja.n

jam solidæ eruditionis compos in Amplissimo-
rum Virorum confessu & spectabili Panegyri
caput refers, redimitum dignissima MAGI-
STERII corona, Macte ergo virtutibus, ma-
cte honoribus tuis, atque porro enitere, qvo
non tam præsens gradus Tibi, quam Tu illi or-
namento fuisse videaris. Qvare eo justiori mo-
do nunc deferuntur tibi hæ gratulationes &
vota, qvo minus iis ornari flagitasti. Ultro
tibi acclamatur FELICITER ! qvod firmum
ac stabile futurum, virtus tua spondet. Acce-
det enim, auguror, honos honori, cum certo
certius sim persuasus, te summa animi conten-
tione eo potissimum allaboraturum, quo ho-
norem DEi, Ecclesiæ commodum, Patriæ sa-
lutem augere qveas atqve amplificare. Quæ
cuncta ut ex sententia eveniant & vitam, &
valetudinem, & prosperos rerum successus, &
vires tantis conatibus suffecturas, á Summo
Numine medullitus Tibi exopto. Nec forte á
scopo abluisse videbor, si brevi Tibi cum SO-
CIA dites reditus refundentem spartam fuero
precatu. Vale, Fautor certissime, & hos de-
nique á me accipe numeros :

Dum TE Pieria Parnasia Numina lauro

Et festis cingunt tempora docta comis,

Felicem precor esse diem, qui nuntiat illud;

Ad majora Tibi proemia pandat iter.





consilio maxime prudentissimo gra-
mici à Majoribus nostris introduc-
partim præmium sint virtutis, pa-
ac incitamentum altioribus molien-
rum cum & saluberrimi instituti
rumque sit abusus, gradus quoque
cos ab illo haud exemptos esse il-
qui rem digna metitur æstimatio
tantum circa collationem ipsarum
tum, sed etiam circa ipsos homines
insignis notatur abusus. Alius va-
nudo superbit titulo; alius quoque
dignoscatur, omniumque oculos in-
tat lentiori incedit gressu, & ne pe-
gia extra mensuram exorbitent, pe-
cum agit; alius postquam omnes
nem solus imbibisse falso sibi per-
de nare ampullas loquitur & sesquip-
ba; alius novaturientium more
tiquitus non absque fundamento di-
nimis ponit altoque supercilio de-
comtiori capillamento ornatus, qua-
di regno Dictaturam solus teneret
quibuslibet altioris indaginis, scilicet
ter & cum gravitate differit; ille
quata profert voce, insuper nimis un-
naribus; iste obscurum eligit vitæ

Copyright 4/1999 XYMaster GmbH www.xy-master.com

VerfahrsSelector Standard - Euroskala Offset

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 W X Y Z

A B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V

Focus

Balance

semper inclusus domique latitans, grandifonum aliquid atque spumofum scribit, verbo: illum ambitio, hunc prurigo vexat. Coeterum dum ita loquor, non est mihi mens nec propositum offendendi aliquem aut verbis insectandi neque obsequii habere! sed duntaxat inter optimos in usus ab usum notare volui. Animus enim mihi sic se habet, ab hisce charlataneriis longe penitus te non rogantia imbecillitate egregium instructus scientia cancellos inter alios cupis. Tene hoc gratuler? Ita namque, ita vitam tuam institutorum calculo suffragationeque & natam ex eo laudem optime prosequeris. Testis in hanc rem est inclutum, quod Hamburgi floret, Gymnasium, quo in manu ductione Clarissimorum Virorum DN. SEB. EDZARDI, DN. D. JOH. ALB. FABRICII, DN. MICHAELIS RICHEL, ea Jecisti doctrinae fundamenta, quibus superstrui postmodum debebat solidioris scientia

